



50v.

10h.

oort

et proficientium merita distinguunt. et unumquodque et alterum.  
 non inrationabiliter positum uidentur. Qui enim et sua deflent. et  
 uirtutum penas ad proximos in exemplo tendunt. speculatio  
 dubio profecti sunt. Sunt autem plerique paruulorum. qui corum lacri-  
 mas conspiciunt. et imitantur. Et qui nudi in suis praunitibus  
 esse potuissent. sanctos uigilantioresque uiros considerant. moxque  
 suis praunitibus accendunt. irati ut plangant. inflantur  
 ad penitentiam. atque ut uelare sanctos corpora sua conspi-  
 ciunt. ita ipsi quoque lacrimarum suarum abisueclant. Se ipsos  
 enim magnis increpationibus ferunt. cur qui uirtutes non  
 habent peccata minime deplorant. si et illi plangere ad-  
 huc non desistunt. qui iam uirtutum penas per exempla ad proximos  
 tendunt. In quibus uerbis necesse est. ut nos qui paruuli ad-  
 huc sumus. profectum semper et uirtutes et lacrimas ante mem-  
 brorum oculos ponamus. Imitemur quae in illis aspiciuntur. ut dum  
 ceperimus per incrementa crescere. possimus ab illo districto  
 examine mala quae fecimus uelare. In assiduis enim fletibus.  
 in cottidiana nostra penitentia habemus sacerdotem in caelis. qui  
 impellat pro nobis. De quo etiam per iohannem dicitur. Si quis pecca-  
 uerit. aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum. et  
 ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Ecce exultat animus. cum  
 aduocati nostri potentiam audiuimus. sed exultationem nostram iterum  
 remordet timor. quia ipse qui nobis aduocat est. dicitur iustus. Nos  
 enim causas iniustas habemus. iustus uero aduocat. iniustas  
 causas nullomodo suscipit. nec uerba dare pro iniusticia de-  
 fendit. Quid ergo agimus karissimi fratres mei. Ecce occurrit animo